



## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres  
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum  
omnibus Christi fidelibus, tum potissimum Gratiarum Cœlestium,  
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè  
proponuntur

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066391**

Stimulus 12. Conscientia paucorum bonorum Operum ac Meritorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45462**

maculis debitisque eluitò: quin etiam supererogatoriis operibus, arbitrariisque pœnis, Animæque tuæ sacrificiis, debitorum tuorum mensuram supergredi conditio. Talis in morte, ab auditione mala non timebis: & asperum verbum non audies: et si transieris per ignem: odor ignis non erit in te: & flamma non nocebit tibi. Alioqui adversarius tuus (conscientia) tradet te Judici, iudex autem tortori, qui te in carcerem mittet, ibi erit fletus & stridor dentium. Amen dico tibi, *Matt. 5. 25.*  
non exies inde, donec reddas ad novissimum quadram, universum debitum.

*Psal. III. 7.  
Psal. 90. 3.  
Eccl. 51. 6.*

## Stimulus XII.

### *Conscientia paucorum bonorum Operum ac Meritorum.*

**D**icebat quidam in corde suo: *dives sum & locupletatus, & nullius egeo,* audivit autem à veritate judice. *Nescis, quia tu es miser, & misericordus, & pauper, & cæcus, & nudus.* En quam diversa judicia, Hominis & Dei de uno eodemque homine: quem oportebat utriusque esse notissimum, *Nam nemo novit quid sit in homine, nisi spiritus eius hominis, qui in ipso est.* Et Deus quoque est *Rom. 8. 27.* *is, qui novit quid sit in homine, & scrutatur corda & psyches.* Attamen mendaces filii hominum in stateris. *Thren. 3. 1.* *Judicia autem Domini vera, justificata in semetipsa.* Non ergo homo facilè vel sibimet ipsi de seipso attestanti credat, non facilè cum Pharisæo bona sua gloriabundus recogitet. Sit potius vir *videns paupertatem suam, sit potius inspiciens scrinia sua,* & videat admodum pauca deposita esse ibi bona opera atque bona merita sua. Rara est etiam inter electos Dei, Apostolica illa vox. *Bonum certe. 2. Tim. 4. 7.* *tamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi,*  
*V P. Druzh. Op. VII. N in*

*in reliquo reposita est mihi corona justitiae.* Nostrum cuinam licet eā confidentiā uti? Pauca merita habere me, dictat mihi conscientia mea: quia serō nimis ea operari cœpi, quia pauca, & rara feci: quia comparatione malorum quæ patravī, bona admodum pauca sunt: quia comparatione auxiliorum & mediorum, quæ infinita ad manum obvia habui, prorsus pauca sunt; ita ut vix respondeat unum opus bonum, auxiliis, & mediis, & commoditatibus mille: quia comparatione aliorum, tam ante me, quām mecum operantium in Dei vinea, ego prorsus inopiam bonorum operum labore, cūm cæteri opulentissimi ab eis sint. quia denique comparatione mercedis mihi à Deo promissæ, merita mea bona, vix unam unciam mercedis gloriæque mihi in æternum destinatae adquant. Cūm ergo adeò inops meritorum sim, cumque etiam breves dies vitæ meæ jam sint: nunquid parva mihi incumbit necessitas, sanctè & perfectè vivendi, strenuè atque heroicè laborandi, avare ac insatiabiliter cælestia bona coacer-vandi? Nunquid excusabilis ero vel ipsimet mihi si segnis fuero? Nunquid aliud tempus merendi mihi superest, si hoc præsens infructuosum perdi-dero? Egestatem operata est manus remissa; velox autem in opere suo affluet bonis. Manus enim fortium divitias parat.

### Stimulus XIII.

#### *Conscientia bonorum imperfectorum.*

**S**int mihi bona opera, multa, pauca; sint modò; esse aliquantum satis poterit, ad solati-um, ad fiduciam, ad mercedem. Sed ecce conscientia nescio quid immurmurat dicens.

*Apoc. 3.2. Non invenio opera tua plena coram Deo meo. Quid est*